

PRAEFATIO.

mus, quæ et ubi sit Ecclesia Dei, & cum nostros coetus uere esse Ecclesiam Dei sciamus, coniunctionem nostram omnibus pijs officijs tueamur. Etsi autem ingenti dolore adficio intuens tantas dissipationes, tamen cum inter tales fluctus in genere humano ueræ Ecclesiæ cymbam semper uehi sciamus, cuius gubernator est filius Dei, etiamsi Remigum & ἐπιβοτῶν aliqua dissimilitudo est, in ea naui maneo, & filiū Dei dominum nostrū Iesum Christum oro, ut hanc cymbam seruet. Tui aut nominis mentionē feci in huius lucubratiōis editione, quia cū te ad cōsilia gubernatiōis Deus uocauerit, considerare te decet, quale doctrinæ genus tot gentiū hominib. in Academia proponatur. Bene uale.